

Johann Bacmeister

Rector Academiae Rostochiensis Joannes Bacmeisterus, Phil. & Med. Doct. ac Professor, Ad Exequias funebres quas ... vit, Dn. Cuno Sibrandt Senator huius Reipubl. dignissimus Coniugi desideratissimae Margaretae Kleriken/ paratas cupit Omnes omnium ordinum cives Academicos officiose & amanter invitat

Rostochi[i]: Pedanus, 1626

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771555288>

Druck Freier  Zugang



Bacmeister, J.,
in M. Kleriken,
uxor. C. Sibrandt.

R. 1626.

23.

U

RECTOR

ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS

JOANNES BACMEISTERUS,

Phil. & Med. Doct. ac Professor,

ad

Exequias funebres

quas

Prudentissimus & Spectatissimus vir,

DN. CUNO SIBRANDT

Senator hujus Reipubl. dignissimus

Conjugi desideratissima

MARGARETÆ

ALEXANDER/

paratas cupit

Omnes omnium ordinum cives

demicos officiosè & amanter

vitat,



Rostochi

Typis PEDANIANIS,

ANNO cl^o 1^o CXXVI.



RECTOR
ACADEMIÆ ROSTO-
CHIENSIS,

JOANNES
BACMEISTERUS,
Phil. & Med. D. ac

Professor.



Ristis admodum hisce
proximis diebus accidit
casus, cum honestissima
matrona, MARGARETA
CLERIKEN, Dn. CU-
NONIS SIBRANDI
Senatoris & judicis hujus reipubl. dignissi-
mi, conjugæ dilectissimæ, quæ noctu, caris-
simæ filix suæ CATHARINAE nuptias
præcedente, 27. hujus mensis Junij hora
media

media prima, diuturna Pthili consumpta,
relictis voluptatibus terrenis, ex hac mise-
riarum valle in coelestem translata est pa-
triam. Quam luctuosæ igitur extiterint
nuptiæ illæ, & in quantum moerorem con-
jecti fuerint maritus & liberi, propter in-
esperatū conjugis & matris desideratissimæ
obitum, quilibet facilè æstimare poterit.
Sed sic sunt humana, nihil est perpetuum
datum, miscentur semper tristia lætis,
& cuiq; suus dulci junctus amaror adest.
Quid enim aliud est vita nostra, quam spes
& formido futuri, multum tristitiæ, læti-
tiæq; parum. Unde D. Augustinus non
minus piè quam verè scribit: Vita hæc est
vita dubia, vita cæca, vita ærumnosa, quam
humores tumidant, dolores extenuant, ar-
dores exsiccant, escæ inflant, jejunia ma-
cerant, joci dissolvunt, tristitiæ consu-
munt, sollicitudo coarctat, securitas he-
betat, divitiæ jaçant, paupertas dejicit,
juventus extollit, senectus incurvat, infir-
mitas frangit, moeror deprimit, & post hæc
omnia mors interimit. Optimè igitur cum

ijs actum, ut idem Augustinus inquit, qui
de pelago ad littus, de exilio ad patriam,
de carcere ad palatium pervenerunt, optata
jam quiete beati, qui bravium illud perpe-
tue gloriæ, quod hic per multas tribula-
tiones quæsierunt, jam felici jucunditate
adepti, lætantur in perpetuum; ubi gau-
dium infinitum, lætitia sine tristitia, salus si-
ne dolore, via sine labore, lux sine tenebris
vita sine morte, omne bonum sine omni
malo. Ubi juvenus nunquam senescit,
ubi vita terminum nescit, ubi decor nun-
quam pallescit, ubi amor nunquam tepe-
scit, ubi sanitas nunquam marcescit, ubi
gaudium nunquam decrescit, ubi dolor
non sentitur, ubi gemitus nunquam audi-
tur, ubi triste nihil videtur, ubi lætitia sem-
per habetur, ubi malum nullum timetur:
quoniam ibi summum bonum posside-
tur, quod est videre semper faciem Do-
mini virtutum. Gratulandum igitur po-
tius piæ defunctæ matronæ, quam dolen-
dum, quod de naufraga vita præsentis ad
tanta gaudia jam pervenerit ac moestissi-
mus

mus maritus & liberi, in divino beneplacito patienter acquiescent, spe resurrectionis & conjunctionis in vita æterna certissima. Originem verò piè defunctæ nostræ quod spectat, nata ea est Stralesundij ex honestissima Clericorum familia, Anno 1577. die 17. Augusti, patre JACOBO Kleriken/ negotiatore ejus civitatis primario, matre CATHARINA Heydendals, ex primaria item Heidendaliorum prosapia, oriunda, à quibus piè & honestè educata, & ad omnes virtutes virginales est assuefacta. Fratres habuit quatuor: J A C O B U M, inclytæ Reipubl. Stralesundensis Camerarium meritissimum, solum adhuc ex omnibus superstitem: VVILHELMUM J. U. Doctorem eximium, Cathedralis Ecclesiæ Bardevvicensis Decanum, & Illustrissimorum ac Celsissimorum Principum ac Ducum Lunæburgensium, lineæ Cellensis, Consiliarium, dum vivebat, intimum: DIDERICUM & ZOBELIUM in juventute extinctos. Sorores ipsi fuerunt tres BARBARA, CATHARINA &
A 3 MA-

MARIA, quarum priores dux hic Rostochij; viris primarijs, matrimonij vinculo junctæ fuerunt: illa primò quidem civi & viro optimo ac litterato JACOBO Böttcher/ deindè priore marito defuncto, Dn. FRANCISCO SCHRADERO, Senatori hujus Reipubl., dum viveret, spectatissimo: hæc HENNINGO Beselin/ ex vetustissimo BESELINIORUM apud nos stemmate prognato. Junior verò sororum civi cuidam primario Reipubl. Stralesundensis, ex honestissima VOLSCHOVIORUM familia lato, fuit elocata. Cum verò hæc piè defuncta nostra Anno 1595. utroq; parente esset orbata, à sorore natu majore BARBARA huc Rostochium vocata, ab eaq; in pupillari ætate honestè & liberaliter est habita, donec nubilis facta, ex singulari Dei providentia matrimonio ingeretur, viro prudentissimo, Dn. CUNONI SIBRANDO, Senatorij ordinis viro, Collegæ, affinis & amici nostri honorandi, Dn. D. JOANNIS SIBRANDI, J. U. D. celeberrimi, fratri, Anno 1605. ipso die Martini Episcopi. In
con-


conjugio hoc suo, quod ipsi per viginti &
unum semè annos cum carissimo marito
concors & pacificum fuit, singularem quo-
que Dei benedictionem est experta, liqui-
dem novem eam liberorum matrem esse
voluit; inter quos tres vidit filios HENRI-
CUM I. CUNONEM, HENRICUM secun-
dum, filias verò quatuor DOROTHEAM, 14.
Februarij anni currentis, Dn. BERNHARDO
Lüdesingf/ J. U. Candidato præstantissimo,
matrimonio junctam; CATHARINAM in
hoc præsentiluctu, & desideratissimæ ma-
tris õbitu, CHRISTIANO Haltermann/
civi Güstroviensi in matrimonium colloca-
tam: MARGARETAM & MARIAM virgi-
nes, & adhuc Dei beneficio superstites.
Duo verò antè partum, in utero materno,
sunt extincti. Ex hilce familijs orta est piè
defuncta nostra, cui cum in hac vita, præ-
ter ultimum ad dormitorium suum dedu-
ctionis officium præstare nihil possimus,
non dubitamus id omnes jurisdictioni no-
stræ subjectos, Dominos Professores, D. D.
M. M. Ecclesiæ ministros & studiosos ado-
lescen-

scentes sua spontè, in gratiam mœstissimi
mariti & honestissimarum familiarum li-
benter ipsi esse exhibituros, idque ut fa-
ciant, & hodiè hora media prima in tem-
plo Mariano frequentes conveniant, seque
& utramq; rempub. Deo pijs precibus ar-
denter commendent, eos officiosè & aman-
ter rogamus & hortamur. P. P. 30. Junij
Anno 1626.



GUSTAV KOCH
Buchbinderei
ROSTOCK.

conjugio hoc suo, quod ipsi
unum ferme annos cum car
concors & pacificum fuit, sin
que Dei benedictionem est e
dem novem eam liberorum
voluit; inter quos tres vidit
cum I. CUNONEM, HENR
dum, filias vero quatuor Do
Februarij anni currentis, D
Lüdefingf/ J. U. Candidato p
matrimonio junctam; CAT
hoc presentiluctu, & deside
tris obitu, CHRISTIAN
civi GUSTROVIENSI in matrimo
tam: MARGARETAM &
nes, & adhuc Dei benefic
Duo vero antè partum, in u
sunt extincti. Ex hilce fam
defuncta nostra, cui cum in
ter ultimum ad dormitoriu
tionis officium præstare n
non dubitamus id omnes ju
stræ subjectos, Dominos Pr
M. M. Ecclesiæ ministros &



anti &
arito
quo
liqui
esse
NRI
cun
M. J.
ARDO
imo,
AM in
e ma
man/
loca
virgi
lites.
erno,
est piè
præ
dedu
mus,
ni no
D. D.
ado
escen